

2168 [= 1867] duobus fragmentis Arpajae in foro. Nuper furto inde ablata est DE SIVO. — Aquilae MANVT. DON. (ed.); Arpajae agri Urbinatis DON. (ms.) quoniam in Magl. praecedunt Urbinates.

M · CLVVIVS · M · F
FAL CAVDI ·
PRISCVS
MIL · COH · III
5 PR · CENT · PRISCI
MIL · ANNIS · X
VIXIT · ANN · XXX

Descripserunt a. 1846 praeter ea quae dedi inclinatis eo tempore effracta. Integram exhibent Angelellus apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 97' (inde Don. ed. 6, 149 ex schedis bibl. Vat.); cod. Magliab. 28, 34 f. 5' (inde imperfecte Donius cod. Vat. 7113 f. 51, cod. Barb. 30, 182 f. 51' ex libro vetere ms.); Fabretti 133, 89 et Gudius ms. 219, 2, uterque opinor ab Holstenio. Solos vv. 4—5 posteriores, id est fragmentorum mihi visorum maius dederunt Chaupy *maison d'Horace* III, 483; Lettieri Suessola p. 106 ed. 1, p. 113 ed. 2; Daniele *forche Caud.* ed. 1 p. XIII, ed. 2 p. 25; Bartolini *viaggio* p. 41. Male dedit Gandy apud Keppel Craven *tour through the southern prov. of Naples* (Londini 1821) p. 18. A prioribus de Sivo Galazia p. 27.

2 PAL Ang. Magl. — CAVD Ang. — 3 PRISCVS Ang. Magl., om. Gud. Fabr. — 4 MILES Ang. Magl. — COHOR Ang. — 5 PR Ang. Magl. Gud., PRAET Fabr. — CEL·T Ang. Magl. — 6. 7 X · VIXIT · ANN om. Ang. — 7 ANN Gud., ANNI Fabr. Magl.

2171—2173 litteris pulchris et antiquis.

2171 [= 1855] Montesarchii pars anterior est in foro S. Francisci, posterior *alla Cretazza*, nunc *vico Fiore*.

L · SCRIBONIVS · L · F · LIB · PATER
L · SCRIBONIVS · L · F · LIBO · F
PATRONEI · TVRREIS · EX · D · D
F · C

2172 [= 1856] Montesarchii in facie ecclesiae S. Angeli Garganensis.

CRIBONIVS · L · F · LIBO · PATER
CRIBONIVS · L · F · LIBO · FIL ·
ATRONEI · TVRREIS · EX · D · D
F · C

Descripserunt ego, recognovit Dressel. Sunt in vol. 1. n. 1224, 1225 et in tabula Ritscheliana LXII F. G. Stephanonius f. 183 (inde Donius 2, 29; Gud. ms. 767, 5, ed. 138, 4); Verusius B. f. 56' (inde de Vita p. 28 et cl. IV n. 14); Ios. Pepe misit Mazochio a. 1737; Matth. Aegyptius syll. ms. n. DVI, DVII (nam quas sic laudat Arditius *la legge Petronia* p. 3 n. 6 inscriptiones duas Montesarchienses bis habentes FIL, hae sint necesse est); Pratilli p. 404; Grande *cogn.* p. 51; Zaccaria inst. ant. lap. (Rom. 1770) p. 84; Garrucci *accenti* p. 14; misit Ferd. Colonna Stigliano.

3 legi TVRREIS cum apice contendit Garrucci l. c. — Secundam quoque plenam dat Pepe.

2174 [= 1857] Airolae in muro domus Capitani Mango.

l. scrib BONIVS · L · F · LIB
PATRONVS
basi LICAM · DE · SVA
peq VNIA · DEDIT

Descripserunt Brunn et Colonna. Est in vol. 1 n. 1226 et in tabula Ritscheliana LXII E, Bartolini *viaggio alle forche Caudine* (Neap. 1827) p. 45, a quo videtur sumpsisse Ios. Montella Airola (1848) p. 22.

2175 Airolae *alla parete di una chiesa, era coperta da intonaco e pittura.*

M · SEMPRONIO
SATVRNINO · AVG
M · SEMPRONIVS · M
..... MILRI
5 CO
.....

Repperit misitque Ferdinandus Colonna a. 1873.

2176 [= 306*] Montesarchii in pilis pontis *della Tesa*.

VS · Q · F /// VIR · I · D
DE · SVA · PE Q · F · C

Ios. Pepe misit Mazochio a. 1737; Pratilli Appia p. 400; Garrucci diss. arch. 1, 111 qui vidit.

VS · Q · T | DE · SVA · I Pepe.

2177 prope Arpajam in villa Rotundorum.

CAECILIAE
TIMAE
VIXIT · ANN · XVIII
M · SEMPRONIVS
5 ATTICVS
VXORI
RARISSIMAE

Codex Magl. 28, 34 f. 51. Inde opinor Donius cod. Vat. 7113 f. 51, Barb. 34, 73 p. 80.

Vv. non divisit Don. — 1 CECILIAE, 3 AN Don.

2169 [= 306*] Montesarchii in pila pontis *della Tesa*.

NVMISI
TRIBVN

Ios. Pepe misit Mazochio a. 1737; Pratilli App. p. 400; Garrucci diss. arch. 1, 111 qui vidit. NVMICI Pepe. — Fragmentum, quod uno versu profert, Garruccius ait non iungendum esse cum aliis n. 2176.

2170 [= 1858] Montesarchii in aedibus Melilli.

C · VALERIO · C · F · MARCELLO
MIL · COH · XI · VRB · VETER · VIR
OPTIMO · SIBI · ET · SVIS
IN · FRONT · P · XII · IN · AGR · P · XII

Descripserunt.

2173 Cirignani ad sept. a Montesarchio *al cortile del paroco*.

L · SCRIB
P A T R O

Descripserunt Dressel.

2178 [= 1868] in valle Caudina in muro exteriori hortorum P. Reformatorem in S. Martini.

C · CATIO · FELICI
C · CATIVS · C · F
SEVERVS
ALLIDIA
5 ELPIS
FILIO · OPTIMO

Ex schedis Cassittii.

2179 prope Airolam in imo monte Taburno *allo sportello scaricatojo delle peschiere posto a lato di mezzodi*.

traditur:	fuit fere:
DIS · M ·	DIS · MAN
CHR · · ·	CHRESTVS
CHRE · · ·	CHRESIMAE
CON · · ·	CONIVGI
5 BENEM ·	5 BENEMERENTI

Montella Airola (1848) p. 87.

XLVII. *Vitolano* (p. 194).ad n. 2136. Pro *Caulano* lege *Cantano*.XLVIII. *S. Agata de' Goti* (p. 196).ad n. 2143a. Pro *Fragiano* lege *Faggiano*.

ad n. 2153. Bianchini cod. Ver. (non Vat.) 359.

XLIX. CAVDIVM (p. 198).

ad p. 198. Monuit Kiepertus iam difficultates omnes sublatas esse novis dimensionibus; scilicet mappae recognitae docuerunt Montesarchium a Benevento distare non m. p. IX, sed m. p. XII, quot intercessisse constat inter Caudium et Beneventum. Itaque Caudium eo ipso loco fuit, ubi est Montesarchio oppidum.

Apud Polybium 3, 91 qui collocantur in Campania mediterranea ad orientem inter Nolam et Campaniam *Δαύνιοι*, omnino *Καυδίνοι* sunt, ut pridem observavit Holstenius. Nam Calatia, de qua alii cogitarunt, et parva et Capuae proxima hic locum non habet; Caudium vero aliquamdiu caput gentis fuisse inde efficitur, quod ut Samnites Pentri

et Samnites Caraceni, ita *Samnites* quoque *Caudini* fuerunt (Liv. 23, 44, 13. 24, 20, 4) et quod sive ab iis devictis sive a Caudio expugnato Lentulus cos. a. 479 agnomen adsumpsit (v. *röm. Forsch.* vol. 2 p. 295). Campaniae quod Caudinos tribuit Polybius, aliquatenus inde defenditur, quod tam Caudium quam Telesia comprehenduntur tribu non Voltinia Samnitium, sed Falerna Campanorum; ceterum in talibus optimi quique scriptores non raro errant.

Mea causa Dresselius nuper vallem Caudinam denuo peragravit. Frustra quaesivit tituli n. 2167 partem posteriorem, item n. 2169. 2176. 2181.

ad n. 2164. Dressel recognovit. 3 vere est VOLVIT. — 5 et APVI et APVT lapis admittit.

ad n. 2166. Dressel vidit in foro insertam margini viae; iam non superest nisi v. 1 et extremae litterae v. 2.

ad n. 2168. Fragmentum, quo continentur v. 1—5 extremi, vidit Dressel Montesarchii in foro iacens. — 4 III potius quam III.

ad n. 2174. Recognovit Dressel; litterae pulcherrimae sunt et vetustae.

ad n. 2175. Airolae in pariete oratorii corporis Christi vidit Dressel; descripsit sic:

M · SEMPRONIO
SATVRNINO · AVG
M · SEMPRONIUS · M
N////D/MILRII/
5 P////C////

ad n. 2177. Intellegi vicum Rotondi inter Arpajam et Cervinaram monuit Dressel.

ad n. 2178. Recognovit Dressel. Est in vico S. Martini (a meridie Montesarchii) in muro exteriori hortorum patrum Reformatorum. Emenda sic:

C · CATIO · FELICI
C · CATIVS · C · F
SEVERVS ·
(in muro latet) ET · ALLIDIA urceus
5 HELPIS
FILIO · OPTIMO

ad n. 2179. Non Airolae extare, sed inter Buccianum et Boneam monuit Dresselius, qui non vidit.

ad n. 2184. Recognoscens Dresselius repperit v. 7 BVS·XV·ORIS·XI.

ad n. 2188. Recognovit Dressel. Est basis marmorea extans Airolae in domo Falco. Emenda sic:

D · M
SEX · POMPEIO
ALCIMO · FRATRI
ET · SEX · POMPEIO
urceus 5 DOMITIO · FILIO (in muro latet)
ET · BELLEIAE · RESTI
TVTAE · VXORI
SEX · POMPEIVS
DOMITVS sic

6293 Montesarchii in foro magno in vestibulo aedium quarundam.

POSTVMI · L · S
SYNEROS · POSTVMI · S
AVCTVS · TARONI · L · S
MAG · LARIB

Dressel descripsit.

6294 Varoni prope Montesarchio in via Pini in poste aedium quarundam.

D A · VIBBIO · FELI M S
CI · Q · V · A · XX M
VIBBIA · PRO
CVLA · FRATRI
5 b m F

Descripsit Dressel.